

EPIGRAMMATA.

135

Corpus (ait pictor) fauca hoc durat in horis.

At nostrum longo tempore perstat opus.

At tu (inquit pictor), pictura ludis inani,

Quum nostrum verè corpora pascat opus.

Ergo (pictor ait) tu ventri numina pinsis?

Vermibus (at pictor) numina pingis? ait.

Tum Iudex. Satis ô, satis ô certasti amici,

Quando quidē hac multis pādere sacra nefas.

Ite domum potius, concordi & pectore, Christos

Iste mihi pingat, pinsat & iste mihi.

IN SACRIFICORVM CEREOIS

& lampadas.

QVum sint sacrifici merā tenebra,

Noctis noctua nec tam amet tenebras,

Quam lucem h̄i fugiunt tenebriones:

Cur, seu lucerudunt nefanda sacra,

Seu noctis tacitas boant per umbras,

Agunt omnia testibus luceris?

Nempe ut, quos stolidi subinde turba

Possint vendere callidi, perennes

Ipsis suffici: lucerna fumos.

EX GRAE CO.

Plinxisti pulchra nuper Phaeibonta tabella,

Altera Deucalion picta tabella tua est.

Et pretio rogitas quoniam sit dignus uterque?

Ille quidem flammis, hic bene dignus aquis.